Primo per decem annos regnat Conſtantinu[...] matris, quæ per Taraſium Patriarcham & uni[...] Synodum, imagines reſtituit, & alterius Hel[...] conſequitur, in hoc tantum inconſulta, quod [...] cum Caroli M. nata reſpuerit, ſed tunc tem[...] Græcos hoc proverbium ferebatur ait Theo[...] *amicos habeas non vicinos*. Secundò per 7. [...] quentes Conſtantinus imperat ſolus, matre in[...] *dactâ, ſed dum tyrannice ſe gerit*, patruos qu[...] orbat, legitimam uxorem repudiat, novam d[...] in ſe odium concitat. Tertio Irene procerib[...] lium comprehendit, & excæcat crudeliter, ac [...] annos ſola imperium obtinet, donec à Niceph[...] tur ſequenti ſæculo.

## PONTIFICES.

EO III. 20. In Carolum M. gratiſſimus, cui poſt receptum Pontificatum, quo ab inimicis dejectus fuerat, Imperium Occidentis, Romæ publicè contulit.

16. STEPHANVS V. M. 7.

CHALIS 7. Cui Ludovicus Pius; donationem Pi- Caroli M. confirmavit; auxitque pluribus etiam is, quam ſucceſſores modò poſſideant.

GENIVS ſub quo celebrata collatio Pariſienſis, de m cultu, neutri parti probata.

NTINVS D. 40.

EGORIVS IV. 16. Fruſtrà in Galliam profectus, icum cum filiis reconciliaret.

GIVS II. 3. ſub quo Bulgari, tabulâ pictoris mo- ad fidem converſi ſunt.

IV. 8. Miraculis clarus. ſub quo Gotheſcalcus Prædeſtinatianorum hæreſim renovavit, aſſe- dam prædeſtinari ad mortem, nec Chriſtum bus eſſe mortuum.

NEDICTVS III. 2. Ante quem ponitur Ioanna ab pleriſque hujus fabulæ ſectatoribus, quæ 4. confutari ſolet, adeo ſolidis, ut etiam doctio- ici, eandem refellant.

OLAVS I. 10. Alter Elias & Phinees dictus, non modò quæ fortiter geſſit, contra Metenſe Conci- proſtibulum, ſed præſertim adverſus Photium, tio per nefas dejecto Conſtantinop. ſedem in- ſque per latrocinalem Synodum, confirmari cu-

DRIANVS II. 5. A quo Lotharius Chriſti corpore eſt, in ſuam perniciem, &

CIVM 8. Oecumenicum Conſtantinop. celebra- cauſa Photij, quem paulo ante Baſilius Imperator , reſtituto Ignatio.

NNES VIII. 10. Photium inſigni dolo poſt Igna- m reſtitutum, probavit, deditque occaſionem fa- Papiſſa.

INVS I.

DRIANVS I. oppugnatores Photij.

HANVS. ſub quo iterum Photius ſede pulſus, vitam ignotus egit.

MOSVS 6. Photianum ſchiſma compoſuit, variè poſt Pontificatum exagitatus.

HANVS VII. 4. Crudelior in Formoſum, cujus foſſum, & mutilatum, in Tyberim projecit. Hic- exordium, gravis illa perſecutio Marchionum comitumque Tuſculanorum, qui integro ferè electiones Pontificum perturbarunt, ſibique pro- vendicarunt.

## EGES GALLIÆ.

OVICVS PIVS, de quo inter imperatores.

OLVS CALVVS Pij filius. Galliam in diviſione ctor ad Fontinatam. ſed in Normannos parum felix.

ICVS BALBVS Car. fil. à multis Imperator creditus, mplicem in cunis reliquit.

CVS<br>
OMANNVS<br>
S CRASSVS

Hi fuere Regio nomine Caroli Simplicis tutores. duo priores Balbi filij, tertius Imperator. quartus Comes Pariſienſis.

## IMPERATORES OCCID.

POST everſum Occidentis imperium in Italia, per ſeriem dominati ſunt, ut fuſius referemus, Heruli, Gothi, Exarchi, & Longobardi, donec iſtis per Carolum M. ſublatis, in eo renovatum eſt idem Imperium ann. 800.

CAROLVS MAGNVS 14. præter Boiarios, Sclavos, Avares ſive Hunnos, alioſque populos armis domitos; Longobardorum dominationem extinxit, & Saxones toties reballantes penitus fregit. Princeps non modò fortis ad miraculum, ſed æque pius ac literatus.

14. LVDOVICVS PIVS 26. Caroli M. filius, infelix pater, quem rebelles filij auſi ſunt etiam dignitate exuere; iis tamen, reſtitutus, pepercit, & regnum trifariam diviſum reliquit.

40. LOTHARIVS 15. Ludovici primogenitus, dum fratrum ſibi ditionem vendicat, propriam amittit, victus ad Fontinatam. ad extremum abdicavit Imperium, & monachus factus eſt; ſivè ſponte ſivè coactus, idemque à filiis paſſus, quod in patrem peccaverat.

55. LVDOVICVS II. 20. Lotharij filius perpetuum ferè cum Saracenis bellum geſſit, expugnavitque quadriennali obſidione Barium.

75. CAROLVS CALVVS 2. Galliæ Rex & Patruus Ludovici, cujus, ſine liberis extincti, locum invaſit.

78. CAROLVS CRASSVS 10. Calvi nepos, magnum humanæ calamitatis exemplum.

VVIDO Dux Spolet. / LAMBERTVS ejus fil. — vel — ARNVLPH. Germ. Rex. / LVDOVICVS ejus fil.

Alij, priores numerant quod fuerint à Pontificibus coronati, Poſteriores alij quia longè potentiores & Germaniæ Reges, in qua deinceps ſtetit Imperium. horum inter ſe bella, & de Imperio contentiones, enarrabimus.

## IMPERATORES ORIEN.

2. NICEPHORVS 9. hæreticus, ac velut alter Pharao induratus, bello in Bulgaros ſuſcepto cum univerſo exercitu periit.

11. MICHAEL CVROPALATES 2. à Senatu creatus, Leoni per milites evecto poſtea ceſſit: profeſſus *malle ſe omnia amittere, quam ſuorum ſanguinem fundi.*

13. LEO ARMENIVS 7. Qui dolo monachi deceptus, Iconoclaſtarum hæreſim renovavit. periit caſu admodum ſingulari, ob dilatum uno die Michaëlis, quem habebat in vinculis, ſupplicium.

20. MICHAEL BALBVS 9. perditiſſimis moribus, & hæreticus, à Thoma Tyranno per triennium obſeſſus, victor evaſit. Sed malo exemplo Siciliam amiſit.

29. THEOPHILVS 12. Balbi filius, & ſævior Iconoclaſta. Plures de Saracenis victorias reportavit, ſed dolore acceptæ poſteà cladis obiit. Nota morientis vindicta, & uxoris ingenium.

41. MICHAEL III. 26. Theoph. filius, quo regnante, aliud nihil laudabiliter geſtum, quam quod abolitâ penitus hæreſi pietate Theodoræ parentis, illum, Baſilius Cæſar creatus, interficit.

67. BASILIVS 19. Princeps æquiſſimus, & qui miſſis per totam vrbem miniſtris, neminem reperiit, qui de ſe, ſuiſque magiſtratibus, quereretur.

86. LEO PHILOSOPHVS 25. pacis artibus & literis clarus, bello minus fuit idoneus. Pſitaco vitam debuit, Santabareni dolo eripiendam.

## PONTIFICES.

ROMANVS M. 4.
1. THEODORVS D. 20.
IOANNES IX. 3.
5. BENEDICTVS IX. 3.
LEO V. D. 40.
CHRISTOPHORVS M. 7.

Hoc ſæculo plurimi Pontifices intruſi fuere, & tamen ab Eccleſia pro legitimis habentur. quod poſt invaſionem, *ait Baron*, ſolitis ritibus electi fuerint, Clero, metu majoris mali, eos tolerante.

8. SERGIVS III. 3. Odio in Formoſum, & vitæ turpitudine infamis. hic ex famoſa illa atque impudica Marozia, quæ tamdiu cum matre Theodora dominata eſt vrbi, Ioannem ſuſcepit poſteà Pontificem.

10. ANASTASIVS III. 2.
LANDO M. 6.

12. IOANNES X. 15. Theodoræ amaſius, & per eam intruſus. Regimine tamen ſatis probatus, aliiſque quam ſibi melior.
LEO VI. M. 6.

29. STEPHANVS VIII. 2.

31. IOANNES XI. 5. Sergij filius, matris potentiâ adoleſcens evectus, deturbatur, per fratrem Albericum, qui vrbis Tyrannidem invaſit contra Hugonem.

36. LEO VII. 4.

39. STEPHANVS IX. 3.

43. MARINVS II. 4.
AGAPETVS II. 10.

55. IOANNES XII. 9. Alberici fil. Othonem coronavit, ac deinde ab eo comprehenſus, & in Synodo de multis criminibus accuſatus, de ſede depoſitus eſt, & in ejus locum Leo ſuffectus. hunc tamen brevi expulit; ſed nihil emendatus media in libidine extinctus eſt.

64. BENEDICTVS V. 2. Quem reverſus Otho dejecit, & Leonem ſubſtituit. ſed mox uterque mortuus eſt.

66. IOANNES XIII. 7. Quem à Romanis pulſum egregiè ultus eſt Otho. vrbis præfecto fuſtibus cæſo, ſuſpenſiſque Tribunis.
DOMNVS II. M. 3.

72. BENEDICTVS VI. 1. ſtrangulatus à Bonifacio Diac. qui Palatium expilavit, aufugitque Conſtantinop.
BENEDICTVS VII. 9.

84. IOANNES XIV. 1. Quem Bonifacius reverſus occidit, ſedemque per menſes aliquot occupavit.
IOANNES XV. 10.

96. GREGORIVS V. 2. Cui Creſcentius vrbis Tyrannus Ioannem oppoſuit, ſed magno ſuo malo, *vid. in Oth. 3.*

## REGES GALLIÆ.

CAROLVS ſimplex Lud. Balb. fil. Regnum tandem adeptus, cum Roberto Odonis anteà Regis fratre bellum gerit, eumque fortiter in acie cædit, ſed victus eſt, & paulo poſt captus, in carcere vitam finiit. Poſt, hæc diu regnavit, ſeu potius tyrannidem occupavit Rodulphus, cui ſuo iure ſucceſſit.

23. LVDOVICVS TRANSMARINVS ſic ab exilij loco dictus. hic duos liberos reliquit, quorum primus.

54. LOTHARIVS, qui adverſus Othonem III. bellum geſſit, quo in bello quia Petrus frater Lotharij pro Othone pugnavit adverſus Regem & patriam, poſteà regno excidit.

86. LVDOVICVS ine.s Loth. fil. ſine liberis defunctus, cui cum Petrus Tranſmarini filius ſuccedere debuiſſet, odio prætermiſſus eſt, & Capetus à proceribus acclamatus.

87. HVGO CAPETVS Hugonis M. fil. Rex tertiæ ſtirpis primus Petrum Regni jus armis perſequentem, Lauduni intercepit, & in vinculis ad mortem uſque habuit. proceribus, quorum favore ſtabat Provinciarum dominium conceſſit, prudentiſſimâ tamen reverſionis lege, quâ denique factum eſt, ut quæ tunc neceſſitate diſtracta ſunt, in unum poſteà coalverint.

## IMPERATORES OCCID

LVDOVICVS 3. Vel CONRA
BERENGARIVS 9. HENRIC
Itali Ludovicum Bozon. Pro
gem, & Berengarium Foro-Iuli
cem numerant, ponuntque poſt
regnum ann. fere 38. uſque ad Othonem.
mani eorum loco, Conradum Franconiæ D
Henricum Aucupem, Ducem Saxoniæ, & O
trem, ſine interregno recenſent. Horum geſta, I
Italiæ, Rudolphi, Hugonis, & Berengarij II. q
toribus ſucceſſere, referemus.

62. OTHO 1. 2. Henr. fil. Romæ coronatus. L
tharingiam eripuit. Vngaros delevit, eorumq
ſuſpendit. In Italia duos, ut diximus, Pontifices
jecit, & Græcos, qui inſigni perfidiâ German
profligavit, atque Apuliâ, Calabriâque exuit.

73. OTHO II. Oth. fil. in Francos & Græcos, n
pater, fortis aut felix. nam à Lothario Aquiſgr
tatus, ubi Pariſios uſque vindictam protulit,
malè mulctatus, vix evaſit. à Græcis vero &
tantâ ſtrage victus eſt, ut paulò poſt mœrore o

84. OTHO 3. 18. Oth. II. fil. Creſcentium vr
num, fortiter captum ſupplicio affecit. Cum G
Electores imperij conſtituit, & miro exemplo
vxorem, edito, æquitatem ſuam oſtendit.

## IMPERATORES ORIEN

11. ALEXANDER I. Leonis Frater, abd
tus, ebrius periit.

12. CONSTANTINVS PORPH. VIII. 47. L
ROMANVS LECAPENVS.
Septennis regnat ſub tutela matris, quam Rom
ſtantini ſocer aulâ ejicit, ſeque generi collegam
unà cum tribus filiis, quos dignitatis participes
ſtantinus poſteà arte uſus Romanum per filios
deturbat, moxque ipſos filios comprehendit,
imperat; ſed tollitur ipſe viciſſim à ſuo filio.

59. ROMANVS 2. Conſt. fil. brevi extinctus,
reliquit, ſed ejus uxor Theophano, Nicephorum,
peribat, ad ſolium evexit.

63. NICEPHORVS PHOCAS. 6. Dux bello in
Saracenis ſupra centum urbes eripuit; indulgenti
in milites, & hinc ſuis inviſus. periit uxoris inſid
in alium amorem converterat.

69. IOANNES ZIMISCES 6. bellicâ laude N
non inferior, per ſe, ſuoſque duces, quos egreg
de Saracenis, Roſſis, Bulgariſque plurimas vict
lit, eaſque Deiparæ, non ſibi, adſcripſit. vene
eſt à cubiculario, quem perſtrinxerat.

75. BASILIVS 50. &
CONSTANTINVS IX. 3.
Fratres & filij Romani II. quorum primus
ratur, alter ad honores tantum collega. Ba
Phocæ tyrannidem extinguit, & Bulgaros to
terit, ut gentem univerſam ad deditionem co
rum 15. millia ſemel excæcavit, relictis ta
deducendos aliquibus monoculis: poſt ejus o
perſuit per 3. ann. Conſtantinus, totus à fratre

## PONTIFICES.

SYLVESTER II. 4. Gerberti nomine magis
notus, *ſcandit ab R. Gerbertus in R. &c.*
quod Mathematicas diſciplinas calleret,
hoc ferreo ſæculo, magus eſt habitus.
IOANNES XVI. ſed ob Anti-Papas
XVIII. M. 8. errore deinceps continuando.
OANNES XIX. 6.
ERGIVS IV. 3.
ENEDICTVS VIII. 12. Comitis Tuſculani frater, à
...orio per ſchiſma electo, fugatus, & à S. Henrico,
... in Germania coronaverat, reſtitutus.
OANNES XX. 10. Benedicti VIII. frater.
ENEDICTVS IX. 2. duorum ſuperiorum Pontif.
..., & Alberici Comitis filius, pecuniæ largitione, vix
... puer decennis evectus. in eum Ptolomæi factio,
...anæ oppoſita, inſurgens, Sylveſtrum quendam in-
..., & Benedictus ipſe, inviſum ſe ob flagitia cernens,
... Pontificatum ceſſit, moxque repetiit. *Hinc* fa-
..., ut tres ſimul Pontifices, tribus præcipuis Eccle-
... Romæ ſederent. illos Gratianus presbyter, pactione
..., cenſuumque, ad ceſſionem compulit, & eorum
... electus eſt.
GREGORIVS VI. 2. ob ſuum in eccleſiam meri-
...ctus, poſteà tamen ab Henrico III. de Simonia
... (quamquam non hæc Simonia eſſet, ſed vexa-
... redemptio) in Synodo ſeipſum depoſuit. imita-
... cognominem ſibi Nazianzenum. Tunc autem ad com-
...das factiones, Imperatori conceſſum *eſt jus in*
...ione Pontificum, non parum poſteà Eccleſiæ noci-
...
CLEMENS II. 1. *Gregorio ſuffectus*, quo in Germa-
... mortuo, ſedem ante occupatam invaſit Benedictus.
DAMASVS I. — Nicolaus, Berengarium in
LEO IX. 5. — Synodo R. de hæreſi dam-
VICTOR II. 2. — natum ad Palinodiam coë-
STEPHANVS X. 1. — git, Robertum Viſcardum,
NICOLAVS II. 2. — primum Apuliæ & Sici-
... agnovit, eiuſque armis, Tuſculanam, aliaſ-
...ctiones oppreſſit. Henrico IV. jus eligendi Pon-
... confirmavit; ità ut, aut à Clero electum confir-
..., aut ſi per turbas Clerus non poſſet, ipſe eligeret,
... nomine.
ALEXANDER II. 12. Cui Henricus IV. malè, defe-
... approbationis cauſatus, Cadaloum Honorij nomine
..., in Synodo Mantuana demùm ejectum.
GREGORIVS VII. 12. Cum Henrico; ob Inveſtituras,
...lationes Beneficiorum, acriter, diuque pugnavit,
... illo depoſito, & excommunicato, alium Imperato-
...verit, & Henricus viciſſim, alium Pontificem
... invexerit. Gregorius exul Salerni obiit.
VICTOR II. 2. ſub quo Carthuſianorum initia.
VRBANVS II. 11. Toto Pontificatu cum Anti-Papa
... conflictatus. Expeditionem in Palæſtinam ità fe-
... Conc. Clarom. promovit, ut Godefridum Bul-
..., Hieroſol. Regem, ante obitum, viderit.

## REGES GALLIÆ.

...TVS Cap. fil. literis & pietate clarus, Burgundiam re-
... adjecit, & à S. Henrico Imp. cultus eſt.
...CVS I. Memorabili victoriâ de Normannis partâ, &
... eorum Ducis reſtitutione celebris.
...PPVS I. Princeps mollis & voluptarius, vitâ regno-
...nior, quam factis celebrior.

## IMPERATORES OCCID.

2. S. HENRICVS II. 22. Dux Bavariæ, prædictum à S. Volfango imperium obtinuit, dum mortem expectaret. In Italia novam Trojam, Græcis eripuit, Robertum Galliæ, & Stephanum Ungariæ, Reges, ut ipſe, Sanctos, amicos habuit; Quin & ſanctiſſimam uxorem nactus, virgo cum virgine permanſit. Tunc Normanni, Siculo regno initium dederunt.

24. CONRADVS SALICVS 15. Franconiæ Dux. Princeps magnanimus, & qui Poloniæ Regem, armis devictũ, & à Bohæmo, ad quem ille confugerat, ſibi perfidiosè oblatum, accipere recuſavit.

39. HENRICVS III. 17. Conr. fil. Ungaris ſæpè devictis Reges pro arbitrio dedit, & in Italia, ut diximus, Pontifices non ſemel elegit, & abrogavit.

56. HENRICVS IV. 50. Henric. III. fil. Cui cum Romanis Pontificibus perpetuum ferè diſſidium, præſertim cum Gregorio 7. quem, ut diximus, de ſede dejecit, dejectus & ipſe de ſolio. In ejus locum, electus primò Rudolphus Dux Sueviæ, moxque Hermannus Dux Lotharingiæ. Sed iis ſuperſtes fuit Henricus, qui tandem à filio exauthoratus interiit.

## IMPERATORES ORIEN.

28. ROMANVS ARGYRVS 6. In magnum conjugalis fidei & amoris exemplum Zoem Conſtantini filiam cum imperio invitus accepit, & ab ea ſublatus eſt, Michaëlis amore captâ.

34. MICHAEL PAPHLAGO 7. Toto feré regni tempore, à Dæmone vexatus abdicavit, & nepotem ſuum quem adoptavit Zoë, ſucceſſorem reliquit. is fuit.

MICHAEL CALEPHATES. M. 5. Qui beneficij immemor, dum Zoem in monaſterium detrudit, rebellante populo, captus & excæcatus eſt. Zoë Conſtantino nubit.

42. CONSTANTINVS MONOMACHVS 12. In bello uſus eſt fœderatis Francis, quorum ductor Briennius, multas, de barbaris, victorias reportavit.

THEODORA 1. Soror Zoes, per annum regnat.

MICHAEL STRATIOTICVS 1. à Theodora evectus, ſed parum regno idoneus, abdicare cogitur, à Proceribus.

57. ISACIVS COMNENVS 2. ubi aliquandiu cum laude regnavit, imperium depoſuit, & monaſterium ingreſſus tantâ humilitate vixit, ut ſæpè Ianitoris munere fungeretur. Princeps caſtitate inſignis.

59. CONSTANTINVS Ducas 8. ab Iſacio electus. rem militarem neglexit, forenſi totus incubuit, adeo ut, *inquit Curop*, milites, exutis armis, patroni fierent. Hinc deleti exercitus, & fines à barbaris vaſtati. tres liberos reliquit, ſub tutela vxoris, quæ callidiſſimé contra iuſiurandum, novas nuptias ſibi quæſivit.

68. ROMANVS DIOGENES 3. à Sultano Turcorum, qui jam Perſidem occupaverant, bello captus, magnanimum quidem hoſtem, expertus eſt, ſed poſt libertatem acceptam, à ſuis eſt interfectus.

71. MICHAEL PARAPINACIVS 7. Ducæ fil. à Turcis Diogenem vindicantibus multa damna perpeſſus, demum à Nicephoro eorum copiis adjuto, deturbatur.

78. NICEPHORVS BOTONIATES 3. Per Comnenos Briennium æmulum tollit, ſed ab iiſdem brevi regno privatur.

81. ALEXIVS COMNENVS 37. multa amiſit in Aſia Turcorum armis ereptâ, & in Latinos, quorum auxilio Nicæam, aliaque recepit, ingratiſſimus extitit.

# SÆCVLVM XII.

## PONTIFICES.

1. PASCHALIS II. 18. Ab Henrico, ob Inveſtituras in carcerem conjectus, nec niſi iurejurando, de re toleranda, inde extractus. Sub eo S. Ioannis Equites & Templarij inſtituti.

18. GELASIVS II. 1. Sede dejectus, & in Galliam pulſus ab Henrico, qui Burdinum intruſit.

19. CALLIXTVS II. 6. Burdino capto, ſedem recipit, & cum Henrico jus Inveſtiturarum dimittente, pacem init; poſt celebratum tamen

CONCILIVM LATERAN. I. Oecumenicum 9. pro reſtitutione diſciplinæ & de Inveſtituris.

24. HONORIVS II. 5.

30. INNOCENTIVS II. 14. Anacleto per D. Bernardum ſuperior. Anti-Papam Rogerius tuebatur, inde Siciliæ Monarchia. Celebratum ab hoc Pontifice

CONCILIVM LATERAN. 2. Oecum. 10. in quo damnatus eſt Arnaldus de Brixia, cum fautoribus Anacleti.

COELESTINVS II. M. 5.

LVCIVS II. M. 11.

45. EVGENIVS III. 8. D. Bernardi antea monachus, qui Romæ non ſatis tutus, Gallias petiit, ibique varias Synodos celebravit, præſertim adverſus Gilbertum Porretanum.

53. ANASTASIVS IV. 1.
54. ADRIANVS IV. 5.
59. ALEXANDER III. 22.

Adverſus quos Fridericus Ænobarbus, Inveſtiturarum diſſidia renovavit.

Primus mollior viſus eſt, & cito ſublatus.
Secundus Fridericum excommunicare paratus, obiit.
Tertius in eundem, utroque gladio, diu pugnavit, & ad pacem demum coëgit, ac duobus Pſeudo-Pontificibus ſuperſtes, tertium abdicantem, in poteſtate habuit. Tuncque celebravit

CONCILIVM LATERAN. 3. Oecum. 11. in quo per 300. Epiſcopos Albigenſium errores damnati.

81. LVCIVS III. 4.

85. VRBANVS. Everſi, à Saladino, Hieroſolymitani regni, dolore, periit.

GREGORIVS VIII. M. 2.

88. CLEMENS III. 3. Quo impulſore, Fridericus Imper. Regeſque Galliæ & Angliæ, in Palæſtinam profecti ſunt, eo ſucceſſu qui dicetur.

91. COELESTINVS III. 7. Acer in Henricum Imper. & in Ducem Auſtriæ, Richardi vindex.

## REGES GALLIÆ.

8. LVDOVICVS CRASSVS cum Henrico Angliæ Rege, diu bellavit, magna cum laude, & Flandriæ Comitem à ſuis occiſum, ultus eſt.

37. LVDOVICVS IVNIOR primus Francorum Regum, ſuaſione D. Bernardi, in Palæſtinam copias duxit, indeque reverſus Eleonoram repudiavit, quæ Aquitaniam Anglis attulit, reddiditque in Gallia potentiores, quam Regni ſalus poſtulabat.

80. PHILIPPVS AVGVSTVS, cum Richardo Angliæ Rege profectus, Ptolemaïdem urbem Palæſtinæ primariam expugnavit. Ioannem Richardi ſucceſſorem, ob necem nepoti illatam, Normanniâ, cæteriſque Gallicis ditionibus privavit. Atque ad Bovinas Othonem alioſque Principes, qui jam inter ſe regnum partiebantur, memorabili prælio ſuperavit.

## IMPERATORES OCCID.

6. HENRICVS M. 19. Paſchalem, ut … eſt, in vincula conjecit, Gelaſio B… oppoſuit, cumque Eccleſiæ recon… Rhemos tamen, qua in urbe exco… catus fuerat, ſolo æquare vellet, … adventu Ludovici Galliæ Regis, cum copiis recc…

25. LOTHARIVS III. 12. Princeps religioſus, & q… in bello, tria ſacra diebus ſingulis audiret. Inno… in ſedem reduxit, & Rogerium Anacleti fautore… compreſſit.

37. CONRADVS III. 15. Celebris expeditione i… tem cum Ludovico Iuniore ſuſceptâ: infauſtâ ill… amiſſis perfidiâ Græcorum florentiſſimis copiis, … maſco non expugnatâ.

52. FRIDERICVS ÆNOBARBVS 48. Alexan… Anti-Papas oppoſuit, & cum eo fœderatiſque Long… civitatibus, diu in Italia bellum geſſit, ac tandem … lanum funditus diruit. Facta eſt pax Venetiis, … quo traditur Pontificis faſtu. Neque enim is era… ricus qui colla pedibus calcanda ſubjiceret. A… mum, ſacro bello, priora expiavit; ſed in medio … rum curſu, capto Iconio, deletiſque quadringen… equitibus, in aquis extinguitur.

90. HENRICVS VI. 8. Siciliæ regnum, uxoris jure … & inde Conſtantinop. Imperatorem ſibi tributari… Quod autem Richardum Angliæ Regem, è Palæ… vertentem, intercepiſſet, grandique pecuniâ mulc… communicatus interiit.

## IMPERATORES ORIEN…

18. CALO-IOANNES 25. Bellator egregiu… ſingulis regni annis, ſingulas expeditiones … felici ut plurimum eventu, patrocinio Virginis, qu… Perſarmeniis in urbem triumphantem induxit. … filium minorem natu, majori prætulit, quod ap… gno agnoſceret.

43. MANVEL COMNENVS 37. fratri prælatus, … rentis iudicio dignum exhibuit, magnis virtut… eas dedecoravit cum perfidia quâ in Conradum … cujus copias farinis calce permixtis prope delevit. … pietate quâ Turcicum divinitatis cultum proba…

80. ALEXIVS COMNENVS 3. puer relictus mul… tit, & tollitur ab Andronico.

83. ANDRONICVS COMNENVS 2. & Com… poſtremus, ſævus, ſed juſtitiæ tenax; dum Iſaciu… lum vult occidere ob magicas ſuſpiciones, illo … tuente, & populo in ejus gratiam rebellante, cr… lanienâ ſublatus eſt.

85. ISACIVS ANGELVS 10. è ſummo pericul… mum honorem elatus, fratris poſteà perfidiâ … enim militibus corruptis, Iſacium oculis orba… cum Alexio filio in carcerem conjecit.

95. ALEXIVS ANGELVS 8. Regnum tyranni… miſerè periit. Nam Alexius nepos, cuſtodiâ ela… duinum Comitem, alioſque principes in Palæſt… citum Ducentes, Conſtantinopolim advocavit, … fortitudine, occupatâ urbe, Tyrannum deturb…

# SÆCVLVM. XIII.

## PONTIFICES.

INNOCENTIVS III. 18. Albigenſes per Monfortium delet, SS. Dominici & Franciſci ordines confirmat, celebratque.

Concilivm Lateran. 4. Oecumenicum 12. in quo vox, *tranſubſtantiationis*, ...bata, damnati plures Hæretici, & Monfortius, in Co...tatu Toloſano, quem poſt egregias victorias occupa...at, confirmatus.

...ONORIVS III. 11. Omnes Friderico in-
...REGORIVS IX. *19*. fenſi, quod labenti-
...OELESTINVS D.18. bus in dies Palæſtinæ
...NNOCENTIVS IV.*11*. rebus, pro ſuo mune-
...non ſuccurreret. erat enim ad eam expeditionem voto ...rictus, quam demum non niſi fraudulenter obiit. ob ... Gregorio non ſemel diris devotus, ab Innocentio ...ique depoſitus eſt.

...oncilivm Lvgdvn. 1. Oecum. 13. in quo confirma...fides, & Fridericus excommunicatus atque depoſitus, ...ſente Innocentio, cum 140. Epiſcopis.

...LEXANDER IV.*6*. Adverſus Manfredum Fri-
...RBANVS IV.*3*. derici nothum, & Siciliæ
...LEMENS IV.4. Regem armati: hujus re-
...m confert Vrbanus, Carolo Andegavenſi S. Ludov. ...mano; qui ſub Clemente Romam adveniens, Manfre...m vincit occiditque, & Conradinum Friderici filium ...auxilium accurrentem, capit cum Duce Auſtriæ, & ...deliter carnificis manu tollit. Exinde Franci in Sicilia ...nant.

...REGORIVS X. 4. à quo celebratur. S.V.an.*3*.

...oncilium Lugdun. 2. Oecum. 14. pro recuperatio...terræ S. & Græcorum concordia, in eo moritur D. ...nav. & D. Th. dum ad illud vocatus properat.

...ADRIANUS V.D.37. His Pontificibus res Chri-
...NOCENTIUS V.M.5. ſtianorum in Palæſtina pe-
...ANNES XXI. 1. nitus conciderunt, perpetuis
...COLAUS III. *3*. Venetorũ & Genuentium
...RTINVS II. 4. diſcordiis, & amiſſione im-
...NORIVS IV.2. perij Conſtantinop. debili-
...ICOLAVS IV.4. tatæ. nam Saraceni Ptole-
...dem expugnarunt, eademque operâ reliquas arces, ...à Latinis tenebantur, Tyrum, Sydonem &c. nullo ...tio receperunt.

...ELESTINVS V. M. 5. Ordinis Cœleſtinorum au...& miraculis clarus, quo nullum tamen edidit majus, ... cum tantam dignitatem ſpontè abjecit.

...NIFACIVS VIII. 8. de quo cuncta complectitur ...ut ferunt morientis Cœleſtini Prophetia, *aſcendiſti ...pes, regnabis ut Leo, morieris ut canis.*

## ...EGES GALLIÆ.

...DOV. LEO VIII. Eodem tempore quo Philippus pater ...Bovinas de Othone, ipſe in Pictonibus de Ioanne Rege ...triumphavit. idem poſtea, captâ Rupellâ, omni cite...uitania, Anglos ejecit, nec parum momenti in profli...albigenſibus attulit.

...OV.IX. duabus adverſus infideles expeditionibus cele...alæſtinam ubi Damietam cœpit, ſed Caſtris peſtilenti...tatis, captus eſt ipſe. in Africam in qua Tunetum ob...emens, extinctus eſt.

...PVS AVDAX ex Africa redux, defuncti patrui Tolo...pictavorum Comitis hæreditatem adiit, Pompejopolim ...rum expugnavit, Regique Arragoniæ veſperas Siculas ...oſuit.

...PVS PVLCHER cum Anglis Flandriſque eorum ...diu pugnavit, & acceptam ad Curtracum cladem ...us eſt ad Audomaropolim. gravius ei fuit cum Boni...tium, quem in excommunicationis vindictam, Anagniæ ... & malè mulctandum curavit.

## IMPERATORES OCCID.

PHILIPPVS X. Othonem æmulum, ad eas tandem pacis conditiones adegit, ut gener factus ſocero ſuccederet in imperio. proditoriè cœſus eſt à Palatino, auditáque eius cæde, uxor dolore periit.

*8.* OTHO IV.*6*. Depoſitus ab Innocentio, & ad Bovinas à Philippo Auguſto victus.

*14.* FRIDERICVS II. Henrici VI. filius à Pontificibus in Othonem evectus, & Pontificum poſtea hoſtis acerrimus. diu cum illis bellum geſſit, eâque occaſione primum in Italia, exitiales illæ Guelphorum atque Gibellinorum factiones. demum ad Parmam, quam oppugnabat, cum ſua victoria expugnatus, paulo poſt etiam miſere periit; à ſpurio filio præfocatus. poſt ejus depoſitionem electus eſt Pontificum operâ Henricus Haſſiæ Langravius, & deinde.

GVILLELMVS BATAVVS Hollandiæ Comes qui Friderico ſuperſtes fuit per *6*. an. eo ſublato.

5*6*. RICHARDVS Henrici Regis Angliæ frater, &
ALPHONSVS ſapiens Rex Caſtellæ

Electi ſunt à diviſis principibus, & dignitatis tantum inſignia geſſere; nam Alphonſo ſuperſtite creatus eſt.

*73*. RVDOLPHVS 18. Harburgenſis Comes Auſtriacæ familiæ caput, hic Otthocarum Bohæmiæ Regem potentiſſimum, cujus olim præfectus fuerat, & à quo ideo ſpernebatur, prælio victum coëgit ad obſequium; & ſpectante exercitu deriſit. Italiam numquam adire voluit ad coronam accipiendam, ſed Italis emere volentibus imperij jura vendidit. Filium denique Auſtriæ Ducem reliquit.

*9*2. ADOLPHVS NASSOVIVS. Quinquies in bello opimis ſpoliis potitus, ſed ob crudelitatem dignitate privatus & ab Alberto victus & cæſus.

## IMPERATORES ORIEN.

4. BALDVINVS I. Primus Latinorum Conſtantinopoli Imperator. cæſo enim poſt reſtitutionem ſuam Alexio, & Murſuphlio Tyrannidem invadente. Latini proceres non procul inde hyemantes, iterum urbem expugnaverunt, & ejecto Tyranno Balduinum de communi conſilio elegerunt. tunc è Latinis, Veneti, ægei maris inſulas, Marchio Montferratenſis Peloponeſum, alij alia receperunt. è Græcis Theodorus Laſcharis Nicæam vrbem occupavit, Alexius Comnenus Trapeſuntum; & uterque imperatoris nomen aſſumpſit. Prioris familiam extinxit Michaël Paleologus, qui poſteà Conſtantinop. recuperavit. Alterius poſteri, Trapeſuntinum Imperium diu tenuere. Porro Balduinus Adrianopolim aggreſſus à Bulgaris captus, & crudeliter cæſus eſt. poſt illum regnarunt è Latinis.

*6*. HENRICVS Balduini frater.

1*6*. PETRVS Altiſſiodorenſis Henrici gener

17. ROBERTVS Petri filius.

2*9*. BALDVINVS II.*3*2. Roberti fil, Latinorum poſtremus, quem Michaël Paleologus Niceæ tunc imperans regno exuit, immiſſis per cuniculum in urbem præſidio nudatam, militibus.

*6*1. MICHAEL PALEOLOGVS 22. Quo tutius partum, imperium poſſideret, averteretque per Pontifices arma Caroli Siculi, Balduinum reſtituere parantis, Græcam Eccleſiam Romanæ ſubjecit, quin & ſocietate cum Rege Arragoniæ initâ, Siculas veſperas & inſulæ defectionem, promovit.

## PONTIFICES.

BENEDICTVS XI. M. 8.

5. CLEMENS V. 9. Gallus, & Galliæ Regis favore, electus, certis conditionibus. Is ſedem in Galliam tranſtulit & CONCILIVM VIENNENSE celebravit, in quo actum de Terræ S. recuperatione, Templariorum extinctione, & de Beguardis ac Beguinis hæreticis.

16. IOANNES XXII. Ludovico Bavaro, & Franciſcanis infenſiſſimus. illum anathemate perculit, ut dicemus. horum ordinem penitus delere parabat, cum mortem obiit. Toloſanam ſedem Archiepiſcopalem fecit.

34. BENEDICTVS XII. 7. à conſanguineis de more extollendis adeò alienus, ut neptem variis optimatibus negatam mercatori Toloſano coniugem dederit. Quæſtionem de animarum felicitate definivit.

42. CLEMENS VI. 11. Ludouicum Bau. toties excommunicatum depoſuit. Ioannam Neapolitanam innocentem pronuntiavit, factus Iudex, litis quæ umquam fuerit, graviſſimæ. ab eadem Ioanna Avenionem emit.

52. INNOCENTIVS VI. 10. Qui olim Iudex Major Toloſæ fuerat. Italicam ditionem recuperavit, fortitudine celeberrimi illius Cardinalis Albornovij, qui currum obtulit, captarum vrbium clavibus, oneratum.

62. VRBANVS V. 8. Triplicem coronam primus aſſumpſit.

70. GREGORIVS XI 7. Pontificum ſedem Romæ reſtituit, anno à tranſlatione ſeptuageſimo, impulſu SS. Brigittæ & Catharinæ Senenſis. Vuicleſum primus damnavit.

78. VRBANVS VI. 12. Poſt cujus electionem ſciſſa eſt Eccleſia, ſchiſmate omnium graviſſimo, maximeque diuturno, & quidem iure adeo dubio inter partes, ut vix etiamnum conſtet, utra potior fuerit; ſcripſeritque olim Baronius ad amicum, nihil ſe æque reformidare quam illam hiſtoriæ partem attingere, nec mirum cum Regna & Academiæ, & viri etiam miraculis clari vtrimque ſteterint. Oppoſitus eſt ergo Vrbano ab omnibus fere Cardinalibus ab eo deficientibus, & de vi in ejus electione adhibita, querentibus, Clemens 7. qui Avenione ſedem conſtituit. Quomodo vero res geſta fuerit, & quid Vrbano maxime faveat, diſtinctius explicandum.

BONIFACIVS IX. 15. Adverſus quem, poſt mortem Clementis electus eſt Avenione Benedictus XIII. cui, quòd ceſſionis viam ad tollendum ſchiſma, per neceſſariam, rejiceret, ſubtracta eſt à Gallis obedientia.

## REGES GALLIÆ.

14. LVDOVICVS HVTINVS
16. PHILIPPVS LONGVS
22. CAROLVS PVLCHER

Filij Philippi, filias tantum reliquere; unde ad Valeſios regnum tranſiit. infelices aliunde etiam in vxoribus.

26. PHILIPPVS VALESIVS, victus ab Eduardo III. de iure Regni Francici contendente, ad Creſſiacum, ubi tot Principes cecidere, Caletum etiam amiſit; quamvis ſummâ fortitudine propugnatum. Sed hæc utcumque damna ſarcivit, Delphinatus Franciæ additus.

50. IOANNES Parente infelicior, ab Eduardo F. quem ad pugnam, negatâ quibuſvis conditionibus pace, coëgerat, victus, & captus, atque in Angliam deductus eſt, unâ cum iuniori filio Philippo Audace, quem poſtea Burgundiæ ducem reliquit, futurum etiam ex vxore Flandriæ Comitem.

64. CAROLVS V. Sapiens dictus ob regnum captivo parente ſapienter adminiſtratum. Gueſclinum habuit conneſtabilem, Hiſpanicâ expeditione adeo celebrem, per quem multa Anglis in Aquitania damna intulit.

## IMPERATORES OCCI[DENTIS]

ALBERTVS 10. Rudolphi fil. bel[...] ſit contra Helvetios, qui ea de cauſa [...] inter ſe fœdus ſanciunt.

8. HENRICVS Lutzemburgicus 5. [...] titudine brevi Italiam domiturus, ni [...] mum ſcelus, ſublatus eſſet, venenatâ, ut ferunt, h[...]

14. LVDOVICVS BAVARVS 33. Diuturnum c[...] tificibus bellum geſſit. electus fuerat in ſchiſma[...] vicus cum Friderico Auſtriaco. vterque ſibi i[...] vindicabat. Ioannes XXII. ad ſe cauſæ iudici[...] voluit, abnuit Ludovicus bello ſuperior. (nam [...] victum cœperat) ergo excommunicatur à Io[...] concordiâ cum Friderico initâ Joannem viciſſi[...] expellit & Corbarium Nicolai nomine in [...] cum intrudit. verum paulo poſt Corbarius c[...] ne redit in gratiam. Ludovicus autem bell[...] tinuat cum eodem Joanne, ejuſque ſucce[...] Benedicto atque Clemente; donec ab utroq[...] devotus, ab iſto etiam depoſitus (nullo tamen [...] repentina morte ſublatus eſt.

47. CAROLVS IV. 31. Ioannis cœci, Bohæmiæ [...] in Gallia eduatus, & in pugna Creſſiaca, in q[...] ejus occubit, tribus vulneribus ſauciatus. elect[...] longe ante adverſus Ludovicum B. ſed ille qu[...] ſuperior extitit. Author fuit aureæ Bullæ.

78. VENCESLAVS 22. Caroli fil. Monſtrum Im[...] ob mores flagitioſos à ſuis ſæpè, publicis carcer[...] cipatus, & ab electoribus tandem depoſitus. [...] riam adeo non ægre tulit, ut pro aliquot vini [...] præſtitum ſibi fidelitatis juramentum, Norimber[...] remiſerit.

## IMPERATORES ORIEN[TIS]

ANDRONICVS SENIOR 45. Mich. Pal. [...] Turcis, inde ab Nepote toto regno exagita[...] ab ipſo tandem exutus, & in monaſterium de[...]

28. ANDRONICVS IVNIOR 13. Aui per ne[...] bati, ſucceſſor, ita venationi deditus fuit, ut pr[...] meros canes, ſupra mille accipitres aleret; du[...] Turci plurimas urbes occuparent.

41. CALO-JOANNES 43. Pal. Andr. [...]
JOANNES CANTACUSENUS illius [...]
DumCalo-Joannes adoleſcit, Cantacuſenus Imp[...] dignitatem ſibi conferri curat, eâque cum pu[...] tur per annos 8. donec ille grandior factus, [...] ſpoliat, & ad monaſticam vitam compellit. e[...] ſolus, ſed Turcorum ferè ſtipendiarius, coact[...] ficiſcentem ad bellum Amurathem ſequi.

*Et quoniam res Turcorum, ut patet, cum Chr[...] bus, quàrum detrimento crevere, magnam habe[...] tem. Ideo breviter à nobis ſunt perſtringenda.*

*Turci itaque, de quorum origine, & religi[...] libuerit, referemus, initio hujus ſaculi, è variis [...] bus in monarchiam coaluere, ſub OTHOM[...] Regni ſedem Pruſæ in Bithynia ſtatuit. Hu[...] fuere. VRCANVS, qui ad Helleſpon[...] xinum uſque ditionem amplificavit. AMI[...] qui in Europam primus traiciens, Gallipolim a[...] nopolim occupavit. BAIAZETES de[...] multas victorias Græcorum penitus Imperium [...] ni in ſe Tamerlanem concitaſſet, ſuâ ſuperbiâ.*

# SÆCULUM XV.

## PONTIFICES.

INNOCENTIVS VII. 2.
GREGORIVS XII. 3.
ALEXANDER V. I.
JOANNES XXIII. 5.
MARTINVS V. 13.

Et ex altera parte BENEDICTUS XIII.

...r hos Pontifices ſic ſe res ſchiſmatis habuere. Poſt ...rtem Innocentij, cum Gregorius & Benedictus ad ...onendam dignitatem, à ſuis urgerentur, quo de ...mmuni utriuſque partis conſilio, tertius eligi poſſet, ...ſchiſma tolli; atque illi variis artibus rem elude...nt, plerique Cardinales atque Epiſcopi, ab iis defi...entes Piſas convenerunt, ibique celebrarunt.

CONCILIUM PISANUM in quo ad tollendum ſchiſma, ...poſitus eſt cum Benedicto Gregorius, & in utriuſque ...um Alexander ſuffectus, cui paulo poſt mortuo, ſucceſſit ...annes XXIII. Is ex præſcripto Conc. Piſani celebravit.

CONCILIUM CONSTANTIENSE, in quo pariter ad tol...ndum ſchiſma, Ioannes abdicare coactus eſt, abdicante ...ulo poſt etiam Gregorio, qui licet Piſis depoſitus, ha...enus tamen Pontificatum retinuerat. ſolus perſtitit in ...rvicacia Benedictus, ſed illo diris omnibus devoto crea...s eſt Martinus 5. quo ſedente pax demum eſt Eccleſiæ ...dita, Benedicto mortuo & Clemente qui ſucceſſerat ...dicare coacto. damnati ſunt præterea in eodem Conci... errores Vicleffi, ejuſque diſcipuli Ioannes Hus & ...ieronymus de Praga, vivi combuſti. duravit autem ...oncilium per 3. an. & m. 6.

...1. EVGENIVS IV. 16. juxta decretum Conſtãt. Concil.

CONCILIUM BASILEENSE celebravit, in quo hæreti... Huſſitæ, conceſſo calice, Eccleſiæ reconciliati ſunt. ...d cum poſtea idem Concil. Pontificiam authoritatem ...primeret, abrogatum eſt ab Eugenio & Ferrariam mox... Florentiam tranſlatum. hinc.

CONCILIUM FERRARIENSE ſeu FLORENTINUM, in quo ...ræci, præſente ſuo Imperatore & Patriarcha doctrinam ...ccleſiæ R. atque unionem amplexi ſunt. dum interim ...aſileenſes Eugenium deponerent, & in ejus locum Ame...eum Sabaudiæ ducem, Felicis nomine eveherent.

...NICOLAVS V. 8. Sub quo Felix impulſus à filio & à ...alliæ Rege Carolo honorificis conditionibus abdicavit.

...CALLIXTVS III. 3. Alph. Borgia Hiſpanus 1.

PIVS II. 6. Æneas Sylvius vir literatus.

PAVLVS II. 6. De quo non audiendus Platina.

...IXTVS IV. 13. Ruvereus minorita.

INNOCENTIVS VIII. 8. Cibo.

ALEXANDER VI. 11. Roder. Borgia, cujus filij ...entis dedecus; & calamitas.

## REGES GALLIÆ.

...ROLVS VI. Dilectus, Cujus infirmitate, orta inter fami...as Aurelianenſem atque Burgundicam, tanta illa contentio, ...penè exitium regno attulit, Delphino ob cæſum Burgun... exhæredato, Galliáque Anglis in prædam datâ.

...OLVS VII. Victor. E Rege Biturigum Rex totius Galliæ ..., non ſuâ modo fortitudine, Dunenſis Comitis & Aurelia... puellæ, ſed maximè prudentiâ quâ Burgundum ab hoſti... ...traxit.

...ICVS II. Princeps callidus, ſed aliquando in perniciem ... Peronæ contigit. Poſt Caroli Burgundi necem Bur... recepit, ſed ejus filiam hæredem amiſit. exitium vitæ ...bjectè horruit.

...LVS VIII. Britanniam cum uxore adeptus eſt, & Re... Neapolitanum, Andegavenſibus jamdiu debitum, armis ...victis etiam in reditu fœderatis Italiæ Principibus, ad ...m.

## IMPERATORES OCCID.

RVPERTVS 10. Bavariæ Dux, Venceſlao depoſito, ſucceſſit. ſed tantum, ut quidam volunt poſt Fridericum Brunſvicenſem, & Iodocum Miſniæ Marchionem, quos paucis menſibus periiſſe tradunt.

10. SIGISMVNDVS 27. Venceſlai Frater, Rex Vngariæ ex uxore, & Bohæmiæ poſt mortem fratris, infeliciter cum Baiazete pugnavit ad Nicopolim, ubi tanta Francicæ nobilitatis ſtrages eſt edita. multas etiam in Bohæmia clades accepit, ab ſtrenuo illo Huſſitarum duce Ziſca. Verum immortalem ſibi gloriam peperit in tollendo Eccleſiæ Schiſmate per Conc. Conſtantenſe, cujus cauſa tot itinera & labores ſuſcepit. Multis virtutibus excelluit, & in primis liberalitate, cuius plurima exempla feruntur.

ALBERTUS II. 2. Auſtriacus, Sigiſmundi gener, & regnorum ejus Ungariæ & Bohœmiæ hæres. hic cum filium reliquiſſet unicum puerulum, iſque ante nuptias objiſſet, amiſſa ſunt Auſtriacæ familiæ hæc duo regna; iterum tamen à Ferdinando per alias nuptias recuperanda. At Imperium ex eo tempore in eadem familia eſt hactenus conſervatum.

FRIDERICUS III. 53. Alberti patruelis, & pater Maximiliani, cui Burgundicam hæreditatem paravit, quemque Brugenſi captivitate poſtea liberavit. illum Mathias Corvinus Auſtriâ exuit, quam tenuit ad vitæ exitum.

## IMPERATORES ORIEN.

MANUEL PAL. 36. Quem Baiazetes tentata ſœpius Conſtantinopoli tandem ſpoliaſſet, ni victus eſſet à Tamerlane. Europam peragravit ad auxilia contrahenda, manſitque per duos annos Pariſiis, ſed turbato tum regno re infectâ redire coactus eſt. Moriens ditionem ſex inter filios imprudenter diviſit, fecitque longe quam ante debiliorem.

2. JOANNES PAL. 25. Florentiam ad Concilium venit cum Patriarcha & Epiſcopis ſuis, ut dictum eſt.

45. CONSTANTINUS Draco. 8. Joannis frater & ultimus Imperator, quo regnante capta eſt à Turcis Conſtantinopolis, ipſeque ea in expugnatione cæſus. Sic Orientale Imperium in Conſtantino, quemadmodum Occidentale in Auguſto, ut cæperat deſiit.

*His modo Imperatoribus ſubjiciemus Turcicos Principes qui eorum loco regnarunt, iiſque ſucceſſerunt, ſin minus in dignitate, at certe in occupata ditione. Poſt Baiazetem igitur, de quo ſuperius diximus, Mahometes.* 1. *Regnum obtinuit, illudque parentis clade, & diuturna fratrum diſcordia labefactatum, ſua fortitudine prudentiaque reſtituit. Hunc ſequutus eſt Amurathes.* 11. *Qui pluribus victoriis & varnenſi præſertim in qua cæſus eſt Ladiſlaus, celeberrimus extitit, major adhuc futurus, ni Heroas fortiſſimos Hunniadem & Scanderbegum adverſarios nactus eſſet. Succeſſit ei filius.*

51. *MAHOMETES.* 11. *Hic duo Imperia, Conſtantinopolitanum & Trapeſuntinum, regna.* 12. *Vrbes ducentas aut occupavit aut evertit.*

81. *BAIAZETES.* 11. *Qui Albaniam, Naupactum, Dyrrachiumque ſibi ſubjecit, & à Ianiſſaris coactus eſt abdicare Imperium & in minorem filium transferre.*

# SÆCVLVM XVI.

## PONTIFICES.

PIVS III. D. 10. Pij II. Nepos.
3. IVLIVS II. 9. Sixti IV. Nepos, Gallorum odio famoſus, in quorum perniciem totam Europam propè armavit.

CONCILIUM LATERAN. 5. celebravit adverſus Piſanam Synodum, quam Ludovicus, qui coëgerat, larvam ad terrendum Pontificem, dictitabat.

13. LEO X. 9. Medicæus. Continuato, per plures annos, Lateran. Concilio, cum Ludovico & Piſanis pacem compoſuit, & cum Franciſco 1. abrogatâ Pragmaticâ ſanctione, Concordatum fecit. Tum primum Lutherus hæreſim ſpargit, in quam tum quoque viſus eſt S. Ignatius à Deo paratus.

21. HADRIANVS VI. 2. Caroli 5. antè præceptor.

23. CLEMENS VII. Medicæus, ſub quo Roma per Borbonium expugnata, & ipſe captus. Anglia uerò ob acceleratam excommunicationem Eccleſiæ amiſſa.

34. PAVLVS III. 15. Farneſius inchoavit an. 45.

CONCILIVM TRIDENTINUM Oecum. adverſus Lutherum, alioſque hæreticos; quod ſæpe interruptum, abſolutum eſt tandem ſub Pio IV.

50. IVLIVS III. 5.

MARCELLVS II. D. 22.

55. PAVLVS IV. 4. Carraffa Inquiſitionis author, & ſeverus, in ſuis etiam, ſcelerum vindex.

59. PIVS IV. 6. Mediolanenſis, avunculus S. Caroli Borromæi, in Carraffas acerbior.

65. PIVS V. 6. Inter Beatos relatus, cujus precibus victoriam Lepantinam ipſi etiam Turci adſcripſere.

72. GREORIVS XIII. 13. Iaponum legatos accepit, & Calendarium Romanum reſtituit.

SIXTVS V. 4. Summus facinoroſorum hominum terror. Cardinalium numerum ad 70. præſcripſit

| | |
|---|---|
| VRBANVS VII. D. 13. | Clemens Henricum IV. Eccleſiæ reconciliat, & illius authoritate, facilius deinde Ferrariam adipiſcitur. |
| GREGORIVS XIV. M. 10. | |
| INNOCENTIVS IX. M. 2. | |
| 92. CLEMENS VIII. | |

## GALLIÆ REGES.

LVDOVICVS XII. Ducatum Mediolanenſem, ſibi ex Valentina debitum, armis obtinet, capto etiam Sfortia invaſore. Regnum quoque Neapolitanum, ſocietate cum Arragoniæ Rege initâ, ſibi vendicat, & cum illo partitur. Venetos etiam ad Giradaddam victos, omni propemodum ditione ſpoliat. Verum Julio Pontifice reliquos in eum Principes concitante, Italiam omnem amittit; & quod mirum eſt, paucis diebus, poſt memorabilem illam victoriam, quam Gaſto Fuxius, ad Ravennam, de fœderatis hoſtibus, reportavit.

15. FRANCISCVS I. Initio Regni, victis ad Marinianum Heluetiis, Mediolanum recuperat. Sed ſuſcepto adverſus Carolum V. æmulum bello, illud amittit, & in obſidione Ticini per Borbonium vincitur, capiturque. Variâ deinde fortunâ utitur, tandemque ad Ceriſolas de Hiſpanis triumphat.

47. HENRICVS II. Metas intercipit, & egregiè tuetur per Guiſium. per quem etiam poſtea expugnato Caleto Anglos penitus è Gallia eijcit. Sed ad S. Quintinum exercitum amittit, pacemque demum conficit, omni bello, Regi & Regno, damnoſiorem.

| | |
|---|---|
| 59. FRANCISCVS II. | HENRICI liberi. ſub primo hæretici, hactenus pœnis coerciti; erumpere auſi ſunt, ſummo |
| 60. CAROLVS IX. | |
| 74. HENRICVS III. | |

ſcelere ad Amboſiam tentato. Alter 4. bella in eos gerit, 4. eorum cladibus memoranda. nempè Drocenſi, S. Dyonyſiana, Jarnacenſi ſimul & Moncontoriana, ac denique S. Bartholomæana Tertius è Polonia in Regnum vocatus, adverſantes Hæreticos ſimul & Catholicos habuit. ac demum ubi Guiſium Vnionis ſeu Liguæ caput, interfecit; ad illorum arma confugere coactus eſt; quibus dum Pariſios obſidet, à ſicario cæditur.

## IMPERATORES.

MAXIMILIANUS 26. Mari[...] Burgundi filiam ducit, cum dote B[...] Belgiique. ex illa verò Philippum [...] qui Joannam poſtea totius Hiſp[...] dem uxorem habuit, atque ex [...] conjugio, omnis domus Auſtriacæ amplitud[...] genſibus carceri mancipatus, vix poſt multos [...] miſſus eſt. Contra Venetos, & Julium Pontific[...] vico adhæſit. atque in Germania Spirenſem C[...] & Circulos inſtituit.

20. CAROLUS V. 35. Cujus pater Philippus & [...] lianus auvs. Præter bella quæ cum Franciſco [...] dum interim Solimanus Ungariam occuparet; [...] in Africam expeditionem ſuſcepit. Tunetan[...] liciter ceſſit. & Algerianam, ex qua, demerſâ [...] tis claſſe, re infectâ redire cogitur. Præterea G[...] Proteſtantes armis aggreſſus, magnâ clade [...] Friderico, eorum duce, Saxoniæ Electore, ca[...] dignitate exuto. Verum ad Metas victoriarum [...] invenit, pauloque poſt Germanicâ ditione fra[...] Hiſpanicâ, Belgicâque Philippo filio, in mo[...] S. Iuſti ſeceſſit, uni Deò, ſibique per otium vac[...]

58. FERDINANDVS 6. Caroli frater, ductâ ſor[...] vici illius qui Moacenſi prælio periit, Ungariæ [...] que Regna, quæ Albertus Auſtriacus olim p[...] adeptus eſt, non integra tamen. Nam Ungarici [...] Vaivoda, & qui ejus patrocinium ſuſcepit S[...] majorem partem abſtulere; Quin imo coactus [...] poſt ſuſceptum Imperium pro ſua Ungariæ par[...] Solimano tributum pendere.

64. MAXIMILIANUS II. 12. Ferdin. fil. nil co[...] cos umquam auſus, nequidem poſt victoriam [...] tinam.

76. RODOLPHUS II. 36. Maxim. fil. duce [...] & nobili Vaubecurcio, Gallis ducibus, in T[...] eſt; magno ſuo & imperii commodo. per il[...] Albam-Regalem, per iſtum Javarinum recep[...] Mathia ſpoliatus occubuit.

## PRINCIPES TVRCIC[...]

12. *SELIMVS Poſt Syriam receptam, [...] phim ſeu Cairum expugnavit, & Ma[...] in Ægypto Regnum extinxit.*

20. *SOLIMANVS Sel. fil. Princeps, ait Spo[...] præter Chriſtianam religionem nihil deſiderii. D[...] mis regni annis duo Chriſtianorum propugnacula [...] atque Belgradum, fruſtra olim à Mahomete II. [...] ta, fortiter expugnavit. Sed alia duo deinceps f[...] tavit. Viennam ſcilicet, Melitamque, quod [...] tati ſua deeſſe querebatur. Babylonem item P[...] Ludovicum Regem Vngariæ cum omni [...] Moacenſi prælio trucidavit, magnamque [...] tem, variis expeditionibus occupavit.*

66. *SELIMVS II. Solim. fil. Venetis Cypr[...] expugnata Nicoſia & Famaguſta. In illa m[...] tudo, in iſta Turcorum immanitas, magno [...] Idem ad Naupactum ſive Lepantum magnam [...] ſit, amiſſurus forte Imperium, ſi Chriſtiani [...] voluiſſent.*

74. *AMVRATHES III. Sel. fil. Chriſtianis [...] ſive Raabum eripit, brevi ab iiſdem recipien[...]*

95. *MAHOMETES III. Cæde 20. fra[...] auſpicatus, per ſummam ſocordiam adminiſtrat.*

# SÆCVLVM XVII.

*[Q]ONIAM QVÆ HOC SÆCVLO CONTIGERE PLERAQVE AVT CONSPECTA [o]culis, aut crebro ſermone uſurpata, nota ſunt omnibus; Ideo veluti ad ſpecimen minus apta, hic ſolummodo delibamus; & quidem nova ratione, aſſignatis tantum per ſuos annos rebus maximè memorandis.*

## PONTIFICES.

LEO XI. D. 26.
PAVLVS 15.
GREGORIVS XV. 2.
VRBANVS VIII. 21.
INNOCENTIVS X. 10
ALEXANDER VII.

## REGES GALLIÆ.

HENRICUS IV.
LUDOVICUS XIII.
LUDOVICUS XIV.

## IMPERATORES.

MATTHIAS 7.
19. FERDINANDVS II. 15.
37. FERDINANDVS. III.
57. LEOPOLDUS IGNATIVS.

## PRINCIPES TVRCICI.

4. ACHMETES.
17. MVSTAPHA.
17. OSMANVS.
23. AMVRATHES IV.
40. IBRAHIMVS.
55. MAHOMETES IV.

Anno ſæculi 3. capta in Belgio, duce Spinola, ab Hiſpanis Oſtenda poſt obſidionem 37. menſium, per quam occiſa [f]eruntur 150. hominum millia.

Gravis exoritur inter Paulum V. & Venetos contro[v]erſia, è qua ſchiſma, Anglicano ſimile timebatur, cum ſopita eſt, Henrici IV. prudentia.

Guillelmus dux Juliacenſis & Clivenſis moritur, ampla ditione, ſine certis hæredibus, relicta. Hinc bella inter Brandeburgenſem & Neoburgenſem qui æquâ ferè parte nunc illam poſſident.

Cæditur per ſummum nefas Henricus IV. & Mauri ad novies centena millia ejiciuntur ex Hiſpania, Philippo III. imperante.

Fridericus Elector Palatinus, oblatum à rebellibus Bohæmiæ hæreticis regnum ſuſcipit, & Pragæ coronatur. Sed anno inſequenti grandi clade proſtratus, in Hollandiam fugit, exutus non modo regno, ſed & Palatinatu. Electoralis dignitas Bavaro, qui eum profligaverat, cum parte ditionis collata.

Oſmanes Poloniam agreſſus, tot cladibus afficitur virtute Ladiſlai, ut amiſſis ducentis, ſuorum millibus Conſtantinopolim repetierit: Janizaros exterminaturus, ni citius ab iis ſublatus eſſet.

Capta Rupella tot munitionibus cincta, unaque cum urbe proſtrata hæreſis.

Guſtavus Rex Succiæ à Germanis proteſtantibus vocatus, irrumpit in Germaniam, & Tylio tot victoriarum duce, ad Lipſiam ſuperato, ac deinde in Bavaria cæ[ſo], omnia ſubigit. Donec ſequenti anno, collatis ad Luzenam, cum valſteinio, Signis, victor occumbit.

Cæptum eſt graviſſimum, Gallos inter & Hiſpanos, ob [T]revirenſem electorem, bellum, quod tenuit per annos 25. mutuis cladibus hinc inde per vices illatis & [ac]ceptis.

[D]eficiunt ab Hiſpanis Catalauni & Luſitani. Illi Gallis ſe dedunt. Iſti eligunt ſibi Regem, Brabantiæ ducem, cujus ſtirps etiamnum regnat.

43. Ludovicus XIII. moritur ut vixit ſanctiſſimè, paucis ante diebus quam dux Anguinius, memorabilem de Hiſpanis victoriam reportaret, ad Rupem-Regiam ſivè Rocroium.

45. Turci Creticum bellum inchoant, Caneamque Venetis auferunt, univerſam demum inſulam erepturi, Candiâ, ut vidimus, ad deditionem coactâ.

48. Monaſterij in Germania pax tandem conficitur, inter Suecos & Auſtriacos, eorumque fœderatos. Ita finis bello imponitur, quod à Bohæmico tumultu per 30. annos tenuerat.... At in Gallia Pariſiis cœpit bellum civile, Mazarini odio concitatum, & magno Galliæ damno, quæ per illud Catalauniam, Dunkerkam, Caſale, aliaque oppida variis in provinciis amiſit, per plures annos continuatum.

49. Carolus Rex Angliæ, inaudito exemplo, à ſuis accuſatus, atque damnatus, publicè ſecuri percuſſus eſt, Londini, ubi Cromvelus parricidij author, Protectoris nomine Tyrannidem aripuit.

54. Chriſtina, Guſtavi filia, Suecorum Regina, dignitatem abdicat & transfert in Carolum conſanguineum. Nec multo poſt in Belgium profecta, Catholicam religionem amplectitur, rejectâ Lutheranâ.

5. Bellum inter Suecos & Polonos geritur, mira intra tempus breviſſimum, fortunæ varietate. Nam Carolus Suecus, victo Caſimiro, Varſoviam, Cracoviam, aliaſque urbes regni primarias occupat; moxque Caſimirus, cui Gedanum ferè ſupererat, Suecos bis profligat, prædamque omnem cum Varſovia recipit.

60. Pax inter Gallos & Hiſpanos ſuperiori anno in regni finibus, à miniſtris regiis obſignata, firmatur matrimonio Thereſiæ cum Ludovico. Eodemque anno Carolus II. à cæde patris, Angliâ profugus, in regnum revocatur, reſtitutus induſtria & fortitudine Mukii.

TOLOSÆ,
JOANNEM PECH, Comitiorum Fuxenſium Typographum, juxta Collegium PP. Societatis JESU. 1677.